PETRI DE ANCHARANO IVRISCONSVLTI CLARISS. AC PONTIFICII IVRIS INTERPRETIS CELEBERRIMI

In quinque Decretalium libros facundiſsima Commentaria,

A pleriſque erratis, quibus veterum Typographorum incuria erant oppreſſa, nunc liberata, priſtinoq; ſuo, ac innato candori, qua fieri potuit diligentia, reſtituta.

Cum celeberrima Repetitione cap. Canonum ſtatuta. de Conſtitutio. itidemq; cap. In præſentia. de Probatio. quæ veteri in editione deerant,

Cum ſuis ſummarijs, nonnulliſque clariſſimorum Iuriſcon. Boſchi Codechæ Papienſis, Ioannisq; de Monte ferrato elegantiſſimis ſcholijs, ſingularumq; rerum, ac materiarum Indice locupletiſſimo, nouiter additis, nunc primum in lucem prodita.

BONONIÆ,
Apud Societatem Typographiæ Bononienſis.
MDLXXXI.
Curiæ Epiſc. & S. Inquiſit. conceſſu.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

SOCIETAS

TYPOGRAPHIAE BONON.

LECTORI S. D.

CVM inter illuſtres, ac veteri hominum prædicatione concelebratos pontificij iuris interpretes, qui ſacrorum Canonum ſanctiones in hæc vſque tempora ad cōmunem illius iuris ſtudioſorum vtilitatem ſumma cum laude commenti ſunt, Petrum Ancharanum in hoc ſcribendi genere plurimum excelluiſſe, compertũ ſatis, ac exploratum habeamus: Hinc eſt, candidiſſime Lector, quod poſt complures, eosq; grauiſſimos apud Typographiam noſtram impreſſos auctores, qui tum ciuilia, ac criminalia iura, tum ſacras etiam, atque prophanas priſcorum temporum hiſtorias egregiè pertractarunt, ipſius quoque Ancharani vberrima hæc in quinque Decretalium libros, ab eo iampridem edita commentaria, digna nobis non minus viſa fuerunt, quæ typis etiam hiſce noſtris committerentur. Quæ quidem quò perfectiora, ac illuſtriora in hominum ora ſub clypeo noſtro prodirent, duximus operæ pretium, ea prius, quàm ſuſceptam muneris huius prouinciam ſubiremus, ab ingenti erratorum labe (quæ typographorum illius tempeſtatis incuria erant non parum infecta) acerrimè nedum vindicare, priſtinoque ſuo, ac innato candori reſtitui oportere: verùm cum in antiquis quoque Codicibus nonnullæ deeſſent auctoris ipſius celeberrimæ quorundam canonum repetitiones, conſilium cepimus, eas omnes ita diſperſas (tanquam inſigniores) ſub hac recenti noſtra editione complecti. Quæ tandem abſoluta, ac in compendium collata, hos libros ita expurgatos, illuſtratos, nonnulliſque margine tenus clariſſimorum Iuriſconſultorum (nempè Boſchi Codechæ Papienſis, atque Ioannis de Monte Ferrato) impreſſis adnotationibus amplificatos: quin etiam, & copioſiori, quàm antea (quo præſertim indigere videbantur) eorum omnium indice, quæ aut inſigniora in iure, aut etiam notabiliora in ipſis reuoluendis uiſa ſunt, condecoratos, tibi dicamus, & conſecramus, obſecrantes, vt ſi qua ex parte eos adhuc imperfectos, erratiſque nonnullis etiam leuioribus notatos offenderis, æqui bonique conſulas, ſciens præcipuam facultatis huius imprimendi conditionem eſſe, vt errari facilè poſſit. Vale, noſtriq; memor eſto.

PETRI

DE ANCHARANO

PONTIFICII IVRIS

INTERPRETIS CELEBERRIMI

Super primo Decretalium facundiſsima Commentaria.

a LEGITVR Eccleſiaſtes ſeptimo. Deus fecit hominem, a & ipſe ſe infinitis miſcuit quæſtionibus. humana enim natura quodammodo labitur ad delicta. in Authen. de mona. §. ſi quis igitur. col. 1. & omnis ætas ab adoleſcentia prona eſt ad malum, & natura imitatrix eſt vitiorum. 16. q. 1. c. proclinis. & 15. q. 1. c. omnis ætas. & in procemio Clemen. hoc idem creator humani generis prævidens: cum hominem creauerit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuã. 33. q. 5. c. hæc imago. eodem inſtanti ius naturale produxit. 5. diſtin. in princi. poſtmodum lex data ẽ p Moyſẽ, & alios ꝓphetas: demũ trãslato ſacerdotio, lex noua ſucceſsit. ℥. eod. c. tranſlato. ſed quia hominum creſcente malitia, & effrænata cupiditas noua quotidie litigia generabat, vt. §. in 1. conſtit. ideo ſancti patres, & ſummi pontifices iura condiderunt, vt ſub iuris regula homines viuere ſuaderent, vt Inſti. de iuſt. & iure. §. iuris præcepta. & hac de cauſa poſt tractatum de fide incipit iuriſtator tractare de conſti. ſecundùm Goſ. Vel aliter, poſito fidei fundamento, de quo. s. in prox. rub. bene fuit, vt iuris ædificium ſuperponamus. & quia omne ius conſtat ex ſcripto, & non ſcripto, vt Inſti. de iure na. gen. & ciui. § conſtat. & ædificiũ eſt ius ſcriptum: ideò hunc tractatum præmittit de Conſti. ſecundùm Hoſt. de materia ti. habetur. 1. diſt. vſque ad. 7. incluſiuè. & di. 9. 10. & 11. & 28. 19. & 30. & q. 7. vbi rigor vſq; ad §. breuiter. & in Sexto repetitur hæc rub. cõueniunt multa iura huius voluminis hic alle. in nouella ſub ſuis locis congruis latius explicanda.

ADDITIO.

a ¶ Deus fecit hominem. Adde tex. in cap. principiũ. de peniten. diſt. 2. & in c. hæc imago. 33. q. 5. Car. Zab. in rub. illius titu. & quòd Deus in principio cuiuslibet operis ſit inuocandus, vide Spec. in proœ. & quòd nomen Dei in inſtrumentis ſit præponendum, vide Spe. in tit. de inſtr. edit. §. 1. circa prin. & quòd reſpicit cor, nõ manum, & operationem, vide tex. in c. ſi quid inueniſti. 14. q. 5. Car. in Cle. exiui. §. quamuis. de ver. ſig. vnde poſſunt poni verſus ſic eſig. ari.

Non vox, ſed votum: non cordula muſica, ſed cor:
Non clamor, ſed amor clamat in aure Dei.

Gemi. poſt glo. in c. decet. de immu. eccle. in 6. vide quæ dixi in addi. Alb. de Roſa. in proœ. Inſtit. & ff. vet.
¶ Vide hic Car. Zaba. & quæ ibidem dixi. nu. 1.

De conſtitutionibus.

SVMMAE.

1. *Canonum conſtitutiones ab omnibus ſeruandæ ſunt.*
2. *Sacræ leges ab omnibus ſeruandæ ſunt.*
3. *Iudex ſecundùm conſcientiam iudicare non debet.*
4. *Legis virtus quæ dicatur.*
5. *Laici an ligentur canonibus.*
6. *Dictio vniuerſalis, ab omnibus modificatur.*
7. *Actionis diffinitio.*
8. *Cauſa eccleſiaſtica, ſi agitetur in foro ſeculari, arbitrabitur ſecundùm canones, vel ſecundùm leges.*
9. *Verba legis aſſendere an ſit licitum.*

CAnonum ſtatuta.

1 Conſtitutiones † canonum ab omnibus ſunt ſeruandæ. hoc dicit Ioan. An. Vel latius. Sacri canones debẽt ab omnibus cuſtodiri, & in iudicando debent iudices ipſos ſequi, non ad ſui motum. hoc dicit. ¶ Not. primam regulam, quòd ſacri ca-
2 nones † debent ab omnibus obſeruari: ſic etiam leges, vt C. de legi. l. leges ſacratiſsimæ. quid autem ſi diſcordant leges à canonibus, dic vt in c. 2. de reg. iur. lib. 6. & in c. ſi diligenti. & c. vigilanti. de præſcrip. & in c. cum eſſes. de teſta. ¶ Secundò no. quòd in iudicando non debet quis proprio curſu duci, ſed canonum auctoritate: nõ debet ergo iudex
3 † a ſecundùm conſcientiam iudicare. vbi plenè in c. 1. ℥.
a de offi. ord. & in l. illicitas. § veritas. ff. de offi. præſi. ¶ Oppo. & videtur, quòd canones non ſunt ſeruandi, vt in cap. j. 16. diſtin. So. dicit glo. 1. ibi loquitur de canonibus abrogatis. hic de non correctis. quandoque enim vna conſtitutio per aliã corrigitur, nec eſt mirũ, vt in ca. non debet. de conſan. & affinita. debemus ergo, quantũ poſſumus, ſuſtinere iura, & aliqua ſubtili ſione iuuare, vt in c. cum expediat. de elec. li. 6. & l. ſed & poſteriores. ff. de legi. Si autem hoc modo iuuari non poſſunt; vltima derogant prioribus. quod dic, vt in c. 1. ¶ An conſtitutio generalis poſtea addita tollat ſtatutum, vel conſuetudinem certi loci aliter diſponentis, dic vt ibi, & l. 3. § diuus. ff. de ſepul. viol. & l. vlti. C. de teſta. ¶ Secundò oppo. de canone, quod habetur. 14. quæſtio. 1. So. dicit gl. ibi loquitur, cum canon continet concilium,

quòd

PETRI
DE ANCHARANO
IVRISCONSVLTI CLARISS.
AC PONTIFICII
IVRIS INTERPRETIS
CELEBERRIMI

Super Secũdo Decretalium facundiſsima
Commentaria.

A pleriſq; erratis, à quibus in antiquis Codicibus, Typographorum illius tempeſtatis incuria, erant oppreſſa, nunc liberata, priſtinoq; ſuo, ac innato candori, qua fieri potuit diligentia, reſtituta.

Cum ſuis ſummarijs, adnotationibus, locupletiſsimoq; ſingularum rerum, ac materiarum Indice ad commodum ſtudioſorum nouiter additis, nunc primùm in lucem prodita.

BONONIÆ,
Apud Societatem Typographiæ Bononienſis.
MDLXXXI.
Curia Epiſc. & S. Inquiſit. conceſſu.

PETRI DE ANCHARANO CELEBERRIMA, ET FACVNDISS.

CAP. IN PRAESENTIA. DE PROBATIO.

REPETITIO ACCVRATISSIME REVISA;

Et à mendis compluribus antiquorum impreſſorum, qua fieri potuit diligentia, expurgata.

1 *Confessio propriè ſumpta, & ſi non probat, releuat tamen ab onere probandi.*
2 *Probationis dupla diffinitio.*
3 *Præſentia in iudicio interdum citationis vicem gerit.*
4 *Nomine ſubſtitutionis, de qua præſenti loco, vtrùm comprehendatur pupillaris, compendioſa, an fideicõmiſſaria.*
5 *In qualibet diſpoſitione, quæ venit conferenda alicui per mortem alterius, de naturali eſt morte intelligendum.*
6 *In controuerſia inter duos de eadem hæreditate Reus conuentus poterit petere contrarium petitioni Actoris.*
7 *Egredientem monaſterium quo pacto ſequantur eum bona illius.*
8 *Legalis filiatio inducta fuit ad inſtar naturalis filiationis.*
9 *Votum religionis promotum metu mortis à malè habente non redditur nullum poſt eius conualeſcentiam, dum tamen metus à Deo ſit illatus, non ab homine.*
Conditio expreſſa in teſtamento. ſi deceſſerit ſine liberis, &c. euaneſcit, eo, cui ſuit appoſita, ingrediente religionem; aliàs ſi extendatur per verba ſine liberis ex ſe, vel ſuo corpore deſcendentibus, quid iuris. ſub eo. nu.
10 *Ius circa ætatem, quæ curſu temporis mutatur, nihil præſumit.*
11 *Minor xxv. an. abſque vllo decreto Iudicis, et curatoris per ingreſſum monaſterij licitè alienat bona ſua, ſecus ſi in alias etiam pias cauſas.*
Bona ſequuntur conditionem perſonæ. eo. n.
12 *Apoſtata de Apoſtaſia, ſimiliter hæretici ab hæreſi reuertentes iuramento aſtringuntur.*
13 *Hæredis appellatio in ſubſtitutionibus reſtringenda eſt ad liberos.*
14 *Intentio fundatur in ſola obligatione, etiam alio non probato.*
Quis præſumitur maior, niſi probetur minor eo. n.
15 *Actoris, & rei intentio exiſtens ambigua, quatenus venit probanda per teſtes, debet probari explicitè, & limitatè.*
16 *Ambiguitas verborum per eum, qui protulit, non per alium eſt declaranda.*
17 *Ad quem ſpectat declaratio verborum, variare quidem poteſt, poſt declarationem verò editam, nequaquam.*
18 *Actoris intentio, atque probatio debet concludere neceſſariò, vt releuet probantem, vel ponentem.*
19 *In criminalibus, delicto clarè probato: probatione verò defenſionis non concludente neceſſariò, contra Accuſatorem reus debet abſolui.*
20 *In accuſationibus ſicut tempus, ita & locus debet limitatè probari.*
21 *Dubia probatio nunquid releuet probantem.*
22 *Quid iuris in duobus petentibus ſibi mulierem aliquam in vxorem, & pariter probantibus*
23 *Interpretatio ambiguitatis in contractibus emergentis ad quem propriè ſpectet.*
24 *Bona, quæ ſubiacent reſtitutioni, quantumcunque grauatus ingrediatur religionem, debent reſtitui, & non deuolui ad monaſterium.*
25 *Conditio debet impleri naturaliter, nec ſufficit impleuiſſe ciuiliter ad purificandam diſpoſitionem.*
26 *Conditio ſi ſine liberis &c. in eo, qui ingreditur monaſterium non attenditur, ſi de fauore agitur monaſterij.*
27 *Quod non probatur mutatum, ſemper durare præſumitur.*
28 *Hæreditas paterna non adita tranſmittitur ad omnes propter exiſtentiam ſui hæredis.*
29 *Monacho, & filio adire recuſantibus, poterit adire monaſterium, et pater.*
30 *Si teſtator ſub conditione dixit. ſi ſine liberis, & cet. non reliquit autem niſi nepotes tantùm, an propterea euaneſcat ſubſtitutio.*
31 *Legitimati à Principe excludunt ſubſtitutum ſub iſta conditione, ſi ſine liberis. & c.*
32 *Quid ſi à matre, ad cuius ſucceſſionem admittuntur etiam naturales filij, facta ſit ſubſtitutio.*
33 *Filius naturalis interpretatiuè, & extenſiuè appellatione filij continetur.*
34 *Filij appellatio ampliatur, cum de fauore agitur, atque in odioſis ſtrictè ſumitur.*
35 *In emphyteuſi conceſſa pro ſe, et filijs ſuis an veniant naturales quoque filij.*